Ser.^me Rex Dñe mi Clement.^me

D. 11 Maij 1624 de

337

|| 87.

Cum mihi clarentur lrē S. R. M. Vrē 22 Martij circa Promotionem, officium meum in eis commissum apud S.^mũ D. N. tam ad praescriptum suarum antecedentium tum Ill.^mo D. Card.^li Barbarino lrarum praesentatione, tum etiam omni apud utrumque contentione ut M.^tis Vrē iustae satisfieret petitioni, integre persolueram. D. Cardinalis omnem operam cum S.^te Sua hac de re pollicitus est. S.^mus uero constantissime rendit, se in Promotione proxima nullatenus Principibus, sed Curialibus satisfacturum: Pro sequenti uero opportune agi posse: Interim M.^tem Vram certiorem per me reddi, summo desiderio S.^tem Suam affici demonstrandi quanti et personam, et eius merita apud hanc Sedem semper faciat, et quam sit paratus ad omnia sibi possibilia. Hoc uero praecipue significari M.^ti Vrē per me uoluit, nempe S.^tem Suam multis in angustijs uersari: cum enim supponat proponendum esse Italum, et fortasse Nuncium, cumque pro Hispaniarum Rege Dnum de Maximis epum Bertinorien, et pro Imperatore D. epum Sarzanen promouere noluerit; certo scit M.^ti Vrē deferre non posse absque illarum

338

Maiestatum maxima offensione. Ad haec ego diversas quippe M.tis
rationes, quas caeterorum Principum esse, ob quas a Nationali nominando sibi
abstinendum sit; necnon quantae utilitatis S.tati Suae futurus sit Italus
demonstrare contendi, ac caetera omnia quae ad eem magis facere vide-
bantur saepius allegavi: quibus non mediocriter motus Ipse Sanctissimus
per se M.ti Vrae responsurum dixit, neque tamen ad aliud obstringi se
uelle. Praeterea S. R. M.ti Vrae enunciandum dixit mihi reliquit
fore S.tem, ut si nullus in Promotione pro Principibus habenda per eam
petatur, et de Nuncio, quem omnino recusat, non agatur; in sequenti
sit eidem forsan obsecuturus: nam tunc non erit causa tam facilis Imp.
et Regi Hispaniarum conquerendi, uti esset, si in eademmet electione
Cardinalium ipsis denegatum fuisset promovere Italum, et M.ti Vrae
concessum. Quae cum ita sint, ego, licet adhuc re non perfecta, cum
tamen mihi viderer non modicum in hac S.tis Suae mentem consecutum
fuisse, ab ulteriori sermone abstinendum duxi, praecipue dum locum

mihi semper sit haec ipsa et fortius, et acrius prosequendi; quod profecto
pro temporis opportunitat.e praestabo, praesertim cum non sint modo creandi
Cardinales ad petitionem Principum. Interim quid actum sit, ad M.tem V.ram
referendum censui; ut et cognoscat suis me non defuisse mandatis, et alia,
si quae habet hac in re, dare possit. Porro si a S.te Sua, et à D. Cardinali
Barberino l.ras pro responso hac die obtinere potero, erunt hic obsignatae,
alias in proxima hebdomada haberi curabo. Deus Op.mus Max. C.mus
felicissimam semper, ac diutissime M.tem V.ram servet, cuius ego
Regias manus humillime osculor. Dat. Romae die xij Maij
S. R. M. V. 1624

Cl.mus
adeliet. et obseq. C.mus servitor
Cosmus Card.lis de Torres

340

11. Maij. 624. Card.l Magalotti